## **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est: Solida, ad discendam & exercendam, ex evangeliis tam dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius notitiam, informatio

Creide, Hartmann
Francofurti ad Moenum, 1682

In feso pentecostes

urn:nbn:de:bsz:31-126164

bum corporiscurandum, ac verbum Dei, ad animas delassatas reficiendas. Sap. 16.v. 12.

OF CARDIN

THE REAL PROPERTY.

offen, para

coin de la

of order

E Hou

perfection

mai sh

Marian Co.

enoris, es inofto, pr

cooperatio

inore. Tá inelto po miones, li ineultim i

okujím

to utom Es a fundam, in properties Describes quenches

tut i for

nhaping

Hall , Lich

date

Nullaperlarum aqua æq; pretiosa est ad corroborandum, ac verbum Dei ad animam recreandam. Matth, 13. v. 45. Psal, 119. vers, 50.

Quid pulchrius est pascuo herboso? Et tamen verbum Dei multo pulchrius est. Psal. 23. v.2. Quid dulcius melle? & tamen eloquia Dei dulciora funt. Psal. 119. v. 103.

Quidpreciosius auro? & tamen verbum Dei super aurum obrizum pretiosum est. Psalm. 19. v. 11.

O quam bene sit eleganti slosculo, quando in vehementi æstu aqua humectatur? Tune enim caput languidum vicissim erigit, & resicitur, ut æquè pulchrè ac antea florescat. Ita res se habet cum piis Christianis: quando pluvia verbi divini suavissima, in æstu graviorum tentationum irrigantur, quibus interius & exterius delassantur, ut continuò vires recuperent, &

animam suam alloquantur: Revertere in requiem anima mea. Psalm. 116. v. 7. Et iterum: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Deo. Psalm. 42. vers. 6.

In vita æterna hoc gaudium perfectum erit, nullaque ægritudine contaminabitur, aut interrumpetur: ideò Paulus vocat confolationemæternam, 2. Thess. 2.v. 16. Ubi Deus ubera confolationum nobis exhibebit, Esa. 66. v. 11. ut dies luctus nostri compleantur, Esa. 60. v. 20. ubi gaudebimus & exultabimus, in his quæ Deus creavit Esa. 65. v. 18. In novo cælo & terra nova, in quibus justitia habitat. 2. Petr. 3. v. 13.

Quod nobis omnibus ex gratia largiri dignetur Deus cœlestis Pater, per Jesum Christum, filium suum, Servatorem nostrum, in Spiritu Sancto, perpe-

tuò laudandum, nunc & in secula !

Amen

## In Festo Pentecostes.

Evangelium Ioh. 14. v. 23. -- 31.
EXORDIUM.

Um DEUS in principio cœlum & terram creasset, terra eratinanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & Spiritus Domini incubabat aquis, Gen 1.v.1.seqq.

Hæc brevis descriptio est, divini & incomprehensibilis operis, quo supremum Numen è luce inaccessibili prodiit, r. Tim. 6. v. 16. & ex nihilo primum informe chaos, in quo omnia elementa adhuc confusè permixta erant, deinde autem, mediante illà massa, omnes creaturas intra sextiduum, per infinitam suam sapientiam & potentiam creavit, donec tandem hic 265µ@ 265 µ1@ affabre perfectus & confummatus fuit. In hoc opere Spiritus quoque Sanctus virtutem suam exeruit, incubabat enim aquis, h.e.uti Basilius M.explicat, 2012 Tiv elubra özra @, ad similitudinem avis, aut gallinæ, quæ ovis incubat, caq; sovet, dum pullos excludat.

Hoc consolatione plenum est. Sicuti enim tum tem poris Deus Spiritus S. in prima creatione, divina sua virtute, immensum illud chaos, ex quo cœlum & terra, cum omnibus, quæ in iis sunt, formanda erant, fœcun-

Dd 3

davit, & deinde per verbum Dei FIAT successive omnia producta sunt: sic etiam non otiofus est, in secunda creatione, nempe in spirituali regeneratione, fine qua nemo in regnum Dei introire potest, Joh. 3. v. 5. Natura enim in peccatis mortui sumus, Eph.2.v.4. Et sicuti homo mortuus, seipsu excitare nequit ad vitam hanc naturalem: multò minus nos ad spiritualem regenerationemaliquid conferre possumus. Sed hoc Spiritus S. opus est: qui cor lapideum de carne nostra aufferre, Ezech. 36.v. 26.8contrà cor mundum creare, & spiritum rectum in visceribus nostris innovare potest, Psal. \$1.v.12.quod quidem præstat in baptismate, quod proptereà lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti appellatur, Tit.3. v. 5. nec non per verbum veritatis, quo nos gignit voluntarie, ut simus primitiæ aliquæ creaturarum ejus Jac.1. v. 18.

Sicut itaque hactenus de beneficiis Dei Patris, qui proprio Filio non pepercit, Rom. 8. v. 12. & filii Dei, qui propter delicta nostra traditus est, & resurrexit propter justificationem nostram, Rom. 4. v. ult. in ecclesia multifariam actum est; sic quoque hodierno pentecostes festo tertiz personz mentio injicitur, quomodo juxta promissionem Christi, super Apostolos descenderit, cosdemque sapientia & intelligentia, virtute & robore ita impleverit, ut animosè cum stupore omnium, in omnibus linguis, Jesum Nazarenum prædicaverint, sicut S. Lucas memorat, Act. 2. v. 4.

In prælecto Evangelio, proprietates discipulorum verè Pentecostalium nobis describuntur, si donis Spiritus S. gratiosis impleri velint.

Absque ulteriori igitur præloquio ad illud conferemus nos, meditaturi ex codem :

Α΄ θεωπολογίαν five notitiam nostri.
 Χρις ογνασίαν, five notitiam Christi.

J. J. Exegesis.

R Ahab tenebatur funiculum coccineum in fenestra ligare, per quem exploratores Josuz demiserat: ut esset signum, quo domus ejus agnosceretur, & in excidio urbis ab interitu præservaretur, Jos. 2. vers. 18. 214

Spiritus Sanctus domum & habitaculum fuum habet in cordibus fidelium. Signum verò quo illud agnoscitur, est funiculus coccineus meriti pretiolissimi, Domini & Servatoris nostri Jesu Christi, quo conservati, & ab interitu æterno præservati sumus; eundem in fenestra ligemus oportet, h.e. sic luceat lux nostra coram hominibus, ut videant opera nostra bona, & glorificent patrem nostrum, qui in cœliselt, Matth.5.v.16. Qua vero opera bona esse debeant, quibus sidem nostram demonstremus, Servator noster indicat in prælecto Evangelio, inquiens: Si quis diligit me , fermonem meum fervabit &c.

Nosansam hine arripimus, Αν θρωπολογίαν sive notitiam nostra discendi, quando intuemur:

I. Dilectionis Christicommendationem. Si quis diligit me, inquit Christus, sermonem meum servabit. Ex quo apparet, optime sieri, si ante omnia dilectio Christicordibus nostris implantetur, seire enim caritatem Christi supereminens scientia est, Eph. 3. v. 19. Et quidni diligeremus ipsum.cum prior nos dilexerit? I. Joh. 4, 19.

Quid ipsum permovit, quod homo factus fuerit? quæ causa, quod seipsum exi-

nani-

nigr fatu

noil

1030

66.1

PEL

Pal

Denn

80

Pi

Ver

adf

Defa

gis

adeo

Rich

poa i

naniverit, formam servi accipiens, sactusq; patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis? Phil. 2. v. 7. 8. Certe nil nisi caritas, quâ te & me, & omnes peccatores amplexus est, unde Ecclesia:

ED ED CHIL

COST BELLE

de feren, o

dingons

ताम विश्व सं

日本地の

是是

の自然

a patien

是是是

rin map

is ison;

win sels

THE OPEN DE

n sebra y

Queros

us faire sub

OK STOPE SEE

, 10000

oco assis

mus, siprissicensi, pus

malest.

加加上

t quo spe

ror , Lives miners dis

ini disess erith laborates and home

od feplans

Tetanta caritas coëgit Jefule, Ut magna nobis impetrares fan-

guine,
Etexpiato debito,
Nos redderes gratos Deo.
SErr/dein Lieb/so groß dich bezwungen

Daß dein Blut an und groß Bunder that / Und bezahlet unfer Schuld /

Daß und Gott ift worden huld. Quinimò in hoc nondum desiit, sed adhuc hodie caritatem suam multis modis probat, dum non tantum annum coronat benignitate sua, Psal. 65. v.12. ut vescentes faturemur, Joel. 2. v. 26. fed & amat animam nostram, Efa. 38. v.17. & quomodo fi cui mater blandiatur, ita consolatur nos, Esa. 66. v. 13. curat nos, ficut medicus infirmum, & fanat omnes infirmitates nostras, Pfal.103.v.3. ducit nos usque ad mortem, Pfal.40.v.ult. prehendit nosmanu fua, ut nemo rapere possit, Joh. 10. v. 28. deducit nos, super semitas justitia, Pfalm. 23. v. 3. & cum ceciderimus, sustentat manu sua, Pfalm.37.v.24. & extollit nos, Pfalm.147. verf.6.

Hi sunt funiculi caritatis, quibus nos ad se trahit. Ose. 11. v. 4. Et veluti aliàs benefactores nostros diligimus: sic multò magis decebit nos Christum diligere, qui adeò præclarè de nobis meritus est, ut in æternum sat dignas referre gratias non possimus. Majorem dilectionem nemo rius. Si habet, quàm ut animam suam ponat lætitiame

quis pro amicis suis, Johan. 15. v. 13. at ille vitam pro nobis prosudit, cum adhuc peccatores essemus, Rom. 5. v. 8. hinc de ardentissimo in nos amore judicare poterimus. In hoc cognovimus caritatem, quoniam ille vitam suam pro nobis posuit, ait Johannes 1. ep. 3. v. 16. Æquum igitur erit, ut vicissim eum diligamus, & serviamus illi, in sanctitate & justitia. Luc. 1. v. 75. Qui hoc non facit, sit anathema, Maranatha, 1. Corinth. 16. vers. 22.

Hic proba te , mi Christiane! utrum Christum reciprocè dilexeris , ut debitum tuum requirit?

Nemo quidem nostrum facile erit, qui se Christum diligere, non videri velit. Sed nudum dicere non sufficit, Deus enim corintuctur, 1. Sam. 16. v.7. Cordiali itaque dilectione opus erit, juxta illud Davidis: Diligam te Domine Psal. 18. v. 2. seqq.

Judæi in V. T. tenebantur Deo statis temporibus pretiosa sacrificia offerre, de bobus, ovibus, oleo &c. In consecratione templi Salomo immolavit Domino, boum viginti duo millia, & ovium centum viginti millia, 1. Reg. 8. v. 63. Idem fecit Josia, 2. Chron. 35. v. 7. 18.

Ejusmodi præceptis Deus in novo tekamento hodie nos non onerat; sed nihil à nobis requiris, nist dilectionem, in qua sola Christianismus noster versatur, Matth. 22.

Omnes reliqua virtutes molestias su as habent, quas illi sentiunt, qui iisdem operam navare volunt. Temperantia debilitat corpus. Humilitas despicitur. Patientia per crucem exercetur, & sic ulterius. Sed dilectio nil nisi voluptatem & latitiam gignit, & quasi condimentum est,

quo

lerabilis redditur, ut exemplum Jacobi probat, Gen. 29. v. 20.

Ita fi Christum verè diligimus, nihil adeò molestum est, quin ejus causa perferre velimus. Caritas enim omnia suffert, omnia siduus auditor & factor verbi Christi exsperat, omnia sustinet, 1. Cor. 13. v.7.

Olim in Conobiis nonnullis SS. Trinitas sic depicta fuit, ut super personam Patris hæc verba scripta fuerint : Dilexite , disce diligere me. Super Filium : Ex me dignit astua. Et super Spiritum San-Etum: Mundata es caro, noli amplius

in nos effuderunt : Pater filium tradendo, Rom. 8. vers. 32. Filius: Sanguinem fundendo , Hebr. 9. v.12. Spiritus Sanctus gratiam 12. v. 10. & fanctificationis , Rom. 1. verf. 4.

Amoremitaque ei nostrum vicissim exhibeamus, dicentes animæ nostræ: Benedicanima mea Domino, & omnia, quæ intra me funt.&c.Pfal.103.v.1.5.

Hoc debitum nostrum Pentecostaleest, si donis gratiæ Spiritus Sancti frui cupimus, ego diligentes me diligo, inquit cœle-

Itis fapientia, Prov. 8.v.17. II. Verbi divini observationem. Si quis diligit me, fermonem meum fervabit, inquit Christus. Non dicit, audiet sermonem meum: etsienim hoc tanquam pars necessaria, ad cultum Dei requiritur, fides enim ex auditu est, Rom. 10. v. 17. attamen non fufficit, secus enim Herodes quoque beatitudinem consecutus esset, de quo Evangelista memorat , quod Baptistam libenter audierit, Marc. 6. v. 21. fed facta

quo vita hæ dulcis, & omnis adversitas to- sequi debent, ut ea, quæ in templo audivisti, in corde bono & fincero retineas, & fructum afferas in patientia , Luc. 8. v. 15. Jac.I.V. 22.23.

V.16

Eto

fin

bem

mis

mu

A 0 U 0

Hic examines velim te, utrum etiam af-

Equidem, in toto orbe nullus hominum invenietur, qui verbum Christi omni ex parte implere valeat, ob peccatum, quod in carne nostra habitat, & tenaciter inharet, Hebr. 12. v.I. ut sapientes simus, adfacienda mala, bene autem facere nesciamus, Jerem. 4. v. 22. imò volentibus no-Hæc nos quoque recordabimur. Omnes bis facere bonum, malum adjacet, Rom.7. enim SS. Trinitatis personæ amorem suum v.21. Sed Christum in auxilium adhibeamus, & quod nobis deest, per obedientiam ejus perfectam, quam legi præstitit, fideverâresarciamus; propterea enim faconferendo, tanquam spiritus gratia, Zach. Aus est nobis à patre sapientia, & justitia, & fanctificatio, & redemtio, 1. Cor.1. v.30. ut omnia, quibus deficiamus, ab eo petamus,& de plenitudine ejus gratiam pro gratia accipiamus, Joh. 1. v. 16.

## Requiritur hic

1. Fiducia cordus. Alexander M. reperto interthefauros Darii aureo feriniolo, margaritis & gemmis qu'am pretiolissime exornato, cum quæreretur, in quem ufum destinandum effet, aliis aliud suadentibus, dixit: huic optime servanda dabuntur scripta Homeri, quætanti faciebat,ut in bello femper secum portaret, iisque pro pulvinari uteretur. Noshabemus verbum Christi, ficut in scriptis Moss, Prophetarum, Evangelistarum & Apostolorum continetur, id super millia auri & argenti æstimemus, Pfalm. 119. v. 72. Sed & elegans ferinielum habemus, quod est cor nostrum,

quod

quod Christus side purisicavit, Act. 15. v. 9. unde ait: Da mihi sili cor tuum. Prov. 23. v. 16. in eo reponamus thesaurum hunc. Et quando audimus promissiones gratiæ, ex Ezech. 33. vers. 11. Matth. 9. vers. 14. & similes, cordibus nostris eas excipiamus, & vera side apprehendamus, nec dubitemus, quin Christus, quæ promissi, reipsa impleturus sit. Num. 23. v. 19. 20.

Imprimis quilibet beneficia, à Christo universo mundo exhibita, in individuo sibi cum Paulo applicare debet, Galat. 2.

verf.20.

THE PARTY NAMED IN

platt

STREET,

ton (his

the last

Chin :

poste, a

i minim

noise, é

m for six

nipln; minii

agramp

ı

lic

michen

to female

pretained in quanties defense in

Z,Etakle

scripto le

Prophes

Nome of

argum ph

& done

तिया महित

Idem fecerunt Hiob, Job. 19. v. 25. Thomas, Joh. 20. v. 28. & latro, Luc. 23. v. 43. Quodfi ita fermonem Christi servaverimus, vicissim servabit ille, quod promisit nobis Esa. 54. v. 10.

2. Confessio oris, à qua nulla pericula, imò nec mors ipsa nos absterrere debent, quin Christo usque ad mortem sideles simus, A-

poc.2.v.10. Rom.10.v.10.

Exemplo Eleafaris, 2. Macc. 6. v. 24. & Apostolorum, Act. 5. v. 9. Unde Christus: Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum. Matth. 10. v. 32.

3. Conformitas operis. Ut Christo obedientiam præstemus, in iis, quæ præcepit nobis. Vos amicimei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Joh. 15. v. 14.

Vocat autem ad pœnitentiam, Matth. 4. v.17. Vocat ad crucem suscipiendam, Luc. 9.v.23. Jacob 1.v.12. Vocat ad dilectionem, Joh.13.v.34. In quibus omnibus ei obedire tenemur, si discipuli genuini Pentecostales esse velimus. Joh. 8. v.32.

III. Salutarem agitationem. Quam Spiritus Sanctus respectu sidelium essicit tri-

pliciter:

1. Omnia suggerit. Ille vos docebit

omnia: & suggeret vobis omnia, quæ dixi

vobis, inquit Christus.

Nos vivimus hic in terra oblivionis, Pf. 89. v.31. facile obliviscentes eorum, quæ audivimus & didicimus, ideò Spiritus Sanctus in hunc finem missus est, ut ea nobis in memoriam revocare debeat. Imprimis in spiritualibus tentationibus, ubi ad pacem amaritudo amara, ficut Hiskiæ contigit, Ela.38.v.17. Et quamvis pius Christianus copià dictorum consolatoriorum instructus fuerit, ut nihil sibi defuturum existimet : fubinde tamen fit, ut eorum tempore tentationis recordarinon possit, quod ipli Luthero accidit : iccirco non leve officium est, si Spiritus Sauctus ea nobis suggerat, quod non modò grato animo agnoscere, sed & Spiritus Sancti commonefactioni locum relinquere tenemur, fic operatio non deerit, sed in mediis afflictionibus gustabimus, quam bonus sit Dominus, Pfal. 34. v.9. Tob. 3. v. 22.

2. Metum expellit, ideò dicit Christus discipulis, quibus Spiritum Sanctum promiserat: Non turbetur cor vestrum, neque formidet. q.d. Ad patrem quidemper passionem & mortem abireteneor, at non relinquam vos orphanos, sed alium paracletum mittam, qui vices meas expleat, & in omnibus adversitatibus adsistat & consoletur. Quod reipsa quoque comperierunt. Anteà enim adeò meticulosi & exanimati erant, ut Petrus qui animossissimus videri volebat, ancillæ metu, Magistrum suum terna vice abnegaret, Matth. 26. v. 69. Cæteri planè aussigiebant, & obserato conclavi sele includebant, ne à Judæis prehende-

rentur, verentes, Joh. 20. v. 19.

Sed in Pentecostes sesto virtute ex alto instructi, & Spiritu Sancto donati:

Ee eius

ejus virtute tantopere animati sunt, ut tanquam leones ignem spirantes incedentes, nullum periculum declinaverint, quin potius gavisi suerint, quoniam digni habiti essent, pro nomine Jesu contumeliam pati, Act. 5, v. 41.

3. Gandium accendit, în cordibus fidelium, utilli în morte sua sperent, Prov. 14. v.32. & cum Paulo dicant: ἐπιθυμίαν ἔχω, Phil.1.v.23. Est enim spiritus lætitiæ, Psal. 51. v.14. qui inter alios præclaros fructus quoque gaudium in cordibus suorum accendit, Gal.5. v. 22. Ne verus Christianus deficiat in tribulationibus suis, Eph. 3. v.13. quia adspicit in remunerationem, Hebr. 11. v.26. Rom. 8. v.18.

Hic inspicias te, mi (hristiane! an hunc Spiritus Sancti motum, in te deprehen-

Hoenon insuper habendum est. Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi funt filii Dei, Rom. 8. v.14. Natura non fufficientes sumus, cogitare aliquid à nobis, 2. Cor.3.v.f. Sed Spiritus Sanctus operatur in nobis, & velle & perficere, Phil. 2. v. 13. Impellit nos ad veritatem, ut eandem non modò loquamur, Zach. 18. v. 19. fed & faciamus,1. Joh.1. v.8. Est enim spiritus veritatis, Joh. 16.v. 13. Impellit nos ad beneficentram erga egenos, est enim spiritus bonus, Pfal 143.v.10. Impellit nos ad patientiam, ut cum Hiobo dicamus : Si bona fusceperimus Job, 2. v. 10. Fructus enim ejus funt, caritas, gaudium, pax, longanimitas &c. Gal.s. v.22. Impellit nos ad orationem, est enim spiritus gratiæ & precum, Zach.12.v.10. & postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, Rom. 8. v. 26.

Et hic impulsus tam efficax est, ut à nulla creatura impediri possit. Hinc factum,

quod S. Martyres nulla Perfecutorum tormenta, imò ne mortem ipfam pertimuerint. Exemplo fit Stephanus, Act. 7.v.55. Paulus, Actor.20.v.23. Hinc est, quod veri Christiani glorientur in tribulationibus, quia caritas Dei disfusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, Rom. Christa

meas,

Det

tat in

Quan

uti Al

distor

mont

guè di

ferre

tras,&

04.20.

Iden

quibas

verl.2

tius fi

nobis

¢arne

fter f

eum

aum

V.16.

mani

Matt

Spilegaro

ges t

CHECK

eft:

mili

data

Mag ficen

quec

ingre przfe Ni

Non autem impulsus hic more Anabaptistico vel Enthusiastico intelligendus est: sed oritur ex verbo, & sit cum verbo, hoc est testimonium spiritus, Joh.5.v.39.

Ubi igitur verbum repellitur, Spiritus Sanctus quoque operationem fuam exercere nequit; sed ut de Pharifais dicitur, spernunt illi consilium Dei adversus scient, spernunt illi consilium Dei adversus; sea aguntur pii, ut etiam agant. Quod ste, si verbum eum mansuetudine suscipiant, Jac. 1. v. 21. nec Spiritui Sancto resistant. Actor. 7. vers. 51.

Hinc itaque quilibet se probare poterit, à

quo regatur.

Quodsi in omnibus stagitiis volutes te, non gloriari poteris, te Spiritu Sancto agi, is enim essugit sictum, Sap. 1. v. s. Tob. 6. v.17. Ubi vita agitur, qualis est porcorum, ibi non est Deus, sed Damones, Nazianzeno asserne. Sapere enim carnis, inimicum est Deo. Rom. 8. v.7. Unde quotidic suspiremus: Cormundum crea in me Deus, & spiritum sirmum innova in visceribus meis. Psal. s. 1. v.12. 14.

## De Secundo.

PErgemus nune ad altera partem, xeistaturi. Hic nobis in hoc Evangelio proponitur:

I. Tanquam Patris legatus , ideò dicit ChriChristus: Sermo, quem audistis, non est meus, sed ejus, qui misit me, patris.

merké rápási n szá, is

Marin States

in the

z,ku

n dât

in suits

R.S. Dale

Ame.

1,000

inle

n rich

Deus est spiritus, Joh. 4. v. 24. Et habitat in luce inaccessibili, t. Tim. 6. v. 16. Quando igitur cum homine colloqui aut agere vult, aut in forma peregrina apparet, uti Abrahamo, Gen. 18. v. t. aut utitur médiatore, sicut, cum legem promulgaret in monte Sinai, Exod. 32. v. 1. Act. 7. v. 30. Neque enim nos vocem ejus audire & perferre possumus, sicut nec Israelitæ tonitrua, & lampades, & sonitum buccinæ, Exod. 20. v. 19.

Idem in his diebus novissimis præstitit, quibus locutus est nobis in silio, Hebr. 1. vers. 2. Hic quasi magnus ille Cancellarius suit, qui quæcunque audivit à patre, nobis notasecit, Joh. 15. v. 15. Et postquam carnem nostram assumsit, & frater noster sactus est, Hebr. 2. v. 14. 17. eò minus eum metuere, sed cum siducia ad thronum gratiæ ejus adire possumus, Hebr. 4. v. 16. & discere quæ nobis desunt, nempe mansuetudinem, & cordis humilitatem, Matth. 11. v. 19.

Spartani in usu habebant, utuno saltem legato misso, negotia sua apud exteros Reges tractarent. Hoc aliquando sinistre exceptum, & pro contemtu habitum est: & quamvis legatus, se unum ad unum missum esse, excusaverit, tamen Rex ille in data responsione acquiescere non voluit. Magnates enim plerumque in hoc magnificentiam suam manifestant, ut non modò primarios viros ablegent: sed magno quoque comitatu eos exornent, quò magnificè ingredi, & pompam Principum suorum præsentare possint.

Nihil autem hoc faciendum est, respectu legationis, quam Deus cœlestis Pater, ad nos misit. Ubi enim venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, Gal. 4. v. 4.

Licet igitur ille, fine omni pompa, in fervi forma, in terris sese exhibuerit, Phil. 2. v.7. non tamen proptereà ipsum despiciamus, siquidem à Deo missus est, & omnia nobis ad falutem necessaria, manifestavit, Joh. 1. v. 18.

Exemplo nobis sunt Judzi, qui legatum hunc rejecerunt, ideò Deus cos abjecit, & per totum orbem dispersit, ut sint populus direptus & prædæ expositus, Esa. 42. v.22.in exsecrationem, in stuporem, in maledictionem, & in opprobrium, Jer. 44. v. 12. Hinc cautius mercari discentes, ab ejusdem contemtu nobis caveamus. Deuter. 18. v. 18. 19.

II. Tanquam hospespergratus, qui cum Patre & Spiritu Sancto ad se diligentes veniet, & mansionem apud cos facturus est.

Hacmaximagloriaest.

Magi Chaldaici, habitationem Deorum cum hominibus impossibilem reputabant, Dan. 2. v. 11. Sed si ad tempur N. T. vivi pervenistent, aliter sensissent. Tunc enim caro sacta est, & habitavit in nobis. Joh. 1. v. 14.

Horatio & Virgilio maximo honori datur, quod Imperator Augustus identidem in medio ipsorum resederit. Sed quid hoc respectue jus æstimandum, quod non Imperator Augustus, sed Spiritus Sanctus domicilium suum in cordibus nostris sigat. Neque enim Virgilium à Melancholia, & Horatium ab oculis lippis, quibus illi laborabant, præservare potuit, sicet medius ipsos intersederit.

At Spiritus Sanctus Melancholiam & tristitiam eximere valet, missus enim est,

c 2

ut consolaretur lugentes, Esa. 61. v. 2. Quod & præstitit, dum patrem suum clarificavit, Joh. 17. v. 4. ut cor ejus introspicere posimus, quomodo in nos asseotus sit. Proptereà quoque dicit: ipse pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exivi, Joh. 16. v. 27. Præstat idem quotidie, per Spiritum suum Sanctum, qui interno testimonio suo corda nostra confirmat, ut non dubitemus, sed sciamus, cui credamus, 2. Tim. 1. v. 12.

Olim Dominus in Jerusalem ignem habebat & caminum, Esa. 31.v.9. Nos spiritualis illa Hierosolyma sumus, in qua non modò tota SS. Trinitas habitat: sed & Spiritus S. ignem & caminum alit, juxta illud,

2.Cor.6.v.16.

Ezechieli oftendebat Deusin visione civitatem, cujus nomen, fehovaibi, Ezech. 48. v. 35. Tu Christiane! civitas illa es, tuum momen est, Jehovaibi, Psal. 132. v. 14.

Quodsi igitur Deus non solum pro nobis, sed & innobis, quis contra nos? Rom. 8.

verf 21.

Hoc solatio freti, in omnibus adversitatibus animosi esse possumus. Major enim est, qui in nobis est, quam qui in mundo, 1. Joh. 4. v. 4.

III. Tanquam noster advocatus, sicut ap-

pellatur,1. Joh. 2. v.1.

Talem se prastitit trifariam:

1. Spiritum Santtum mittendo. Fidelis Advocatus, profecturus aliquò peregrè, alique fubilituit, qui Clientis causam agat. Sic Christus Apostolis visibilem suam præsentiam subtracturus, alium iisdem Paracletum promisit: quem etiam decimo post adscensionem die misit. Act. 2. v. 1. seqq

Adhuc hodierno die solatio hoc fruimur: licet enim Spiritus Sanctus ea men-

fura, qua super Apostolos effusus est, hodie nobis non communicetur: attamen primitias spiritus accipimus, Rom. 8. v.23. & non inexperti fumus, quomodo Spiritus Sanctus munus hoc fuum in nobis obeat, quando Diabolus accusat, Apoc. 12. verf.10.& mundus persequitur, oh.15.v.20. & crucis variationes & exercitus contra nos funt, Job. 10. v. 17. Nisi enim ille solamine suo nos reficeret, percundum nobis effet in afflictione nostra, Plal. 119. v. 92. Verum per internum ipfius alloquium mutamus virtutem, Efa. 40. v. ult. Ut flocci æstimemus afflictiones, & dicamus : Quid enim mihi est in cœlo ? Plalm. 73. verf. 25.

habett

hiland

memb

pter e

mail

Chril

cieac

bic fra

fattur .

glori

ubi r

**Videre** 

Ex

TURNY

fecti

I.Co

D

Tim

infer

HOLL

ftera

Digital.

lis fun

Quia

ceffan

5

2. Pacem relinquendo, fic enim ad Apoftolos ait: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Sed spiritualem dat nobis conscientiæ pacem, quæ exuperat

omnem fenfum, Phil 4. v.7.

Fidelis Advocatus in id ante omnia incumbit, Clienti suo pacem, & salvum conductum procuret, dum res ad exitum deducatur. Idem nobis Christus acquisivit. Per illum enim pacem habemus cum Deo, Esa. 54. v. 9. cum propria conscientia, Col. 2. v. 13. Cum hostibus nostris, qui quidem nosimpugnare, sed expugnare nequeunt. Diabolus arma amisit, Luc. 11. v. 22. Mors aculeum, infernus victoriam, 1. Cor. 15. v. 15. Nunc dicere cum Paulo possumus: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8. vers. 33.34.

3 Mundi Principem confundendo. Fidelis Advocatus causam ad extremum tuetur, nihilque juris contrariæ partirelinquit.

Idem Christus fecit: proptereà ait: Venit princeps mundi hujus, & in me non

habe